ſicut lazarũ quatriduanũ ſuſcitauit a monu-
mento ita in fine ſeculi reſuſcitari faciet oēs
hoīes mũdi vt in eternũ damnent̄ iniq̄. Ju-
ſtis vero tribuat̄ premiũ vite eterne. Amen.

¶ Sermo decimuſſeptimus de pȳſſima paſ-
ſione ſaluatoris noſtri ieſu xp̄i.

Plorem9 ante do-
minũ q̄ fecit nos q2 ip̄e eſt dn̄s de9
noſter. Ad paſſionē nos inuitātis
ꝓphete illuminati verba ſunt iſta p̄s. xciiij.
Neſcio q̄d flebilius ac pietate et cōmiſeratōe
magis dignũ cōmemorari p̄t. q̄ʒ abiectiſſima
paſſio morſq3 acerbiſſima Jeſu xp̄i filij dei.
Utiq3 oī fera crudelior duriorq3 petris cen-
ſeri d3. quiſq̄s ille ſit q̄ ad tanti myſterij me-
moriā nō cōpungit̄. Si enī abſq3 lachrymis
nō ſolũ narrari vel dici. immo nec excogita-
ri pn̄t q̄ de morte Ceſaris aut Pompei ma-
gni aut Hectoris troiani. aut Darij pſarũ re-
gis. vel Alexādri macedonis. aliorũq3 regũ
vel imperatoꝝ cōſcripta ſunt. quāto magis
mors regis regũ plangentib9 oculis ad men-
tem eſt reuocāda. Accedit ad hoc ꝙ ille q̄ pec-
catũ nō fecit. nec dolus inuent9 eſt in ore ei9.
mortuus eſt ꝑ nobis debitorib9 mortis. vt
nos redimeret. vt nos ſaluos faceret. vt nos
ad celeſtē patriā reduceret. ī ligno crucis pe-
pendit. Cōpatiendũ itaq3 illi eſt q̄ tā dura ꝑ
nobis tulit tormēta. ne in die iudicij cũ ve-
nerit in gloria maieſtatis ſue inueniemur in-
grati in cōſpectu eius. Nā vt quidā deuot9
ait. Hodie xp̄s de cruce ſic alloquit̄ vnũquē-
q3. Vide hō q̄ ꝑ te patior. vide penas q̄bus
afficior. vide clauos quib9 ꝯfodior. nō eſt do-
lor ſicut q̄ crutior. cũ ſit tātus dolor exterior
intus tn̄ dolor eſt grauior. tam ingratũ dũ te
experior. Deponam9 igit̄ duriciā animi. in-
duamuſq3 viſcera pietatis et deuotōe q̄ poſ-
ſumus xp̄m in cruce paſſum ꝑiter lugeam9.
Nec vile aut muliebre putandũ eſt hoc offi-
ciũ exoluere. quinimmo et piũ z laudabile fo-
re exempla luculētiſſima manifeſtāt. Scri-
bitur nāq3 Gen̄. l. c. Qꝫ ioſeph ruit ſuꝑ faciē
patris ſui defuncti flens z deoſculans eũ. Et
Gen̄. xxv. c. Qualiter abraā fleuit ſarā vxorē
ſuā defunctā. Et. ij. Re. i. c. Quō dauid plan-
xit ſuꝑ Saul et Jonatha interfectos in p̄lio
Et. ij. Regũ. iij. ca. Quemadmodũ dauid le-
uauit vocē ſuā z fleuit ſuꝑ tumulũ abner quē
Joab et abiſai interfecerāt. Et. ij. Re. xviij.
ca. dicit̄ adhuc de dauid. ꝙ cũ audiſſet mortē
filij ſui abſolon flebat dicēs. Abſolon fili mi
fili mi abſolon. Et Nume. xx. c. Laudat̄ po-
pulus q̄ mortuo Aarō fleuit ꝑ triginta dies
Et. i. Re. xxviij. Samuel mortu9 eſt plan-
xitq3 eũ oīs ꝓl's. Et. ij. Machab. ix. c. poni-
tur. ꝙ poſtq̄ʒ iudas machabeus cecidit et oc-
ciſus fuit in p̄lio fleuit eũ oīs ꝓl'us planctu
magno. Narrat etiā Juſtinus. ꝙ cũ nuncia-
tum fuiſſet Alexandro vxorē darij quā deti-
nebat captiuā in partu mortuā fleuit ex hũa-
nitate. Inſuꝑ ꝙ dũ alexāder expoſt exanime
corpus darij inuenit quē ſui interfecerant fu-
dit lachrymas. Quis ergo abſq3 gemitu au-
dire pōt ꝙ ille q̄ oībus p̄ſtat vitā ē mortu9 in
cruce. O xp̄iani oēs. O viri. O mulieres. O
iuuenes. o ſenes. o virgines. o vidue. o nu-
pte. o pie matres. o populi cuncti nobis oīb9
dicit eccleſia verba in themate ꝓpoſita. Plo-
remus ante dn̄m affixum patibulo crucis q2
ip̄e eſt dn̄s de9 nr̄. Ad quē ploratũ poſſum9
deo ꝓpitio ꝑuenire. ſi diligēter voluerim9 ac
fideliter ꝯſiderare ignominiā crucis dn̄i nr̄i
ieſu xp̄i. Jccirco in p̄nti ſermone de ip̄a paſ-
ſione dn̄ica tria myſteria ꝓponem9 ꝯtēplāda.
Primũ dicit̄ voluntatis.
Secundũ humilitatis.
Terciũ acerbitatis.

¶ Qꝫ xp̄s ex ardentiſſimo amore volēs paſ-
ſus eſt et de voluntatis eius qualitate.

¶ Capitulum primũ.

Primũ myſteriũ cōtemplandũ de paſ-
ſione ieſu xp̄i d2 volũtatis. Ad cuius
clarā explanationē tria dubia occur-
rũt enucleanda.
Primũ vtrũ chriſtus paſſus ſit ex volũtate
aut ex neceſſitate.
Scdm̄ vtrũ in xp̄o fuerũt plures volũtates
Terciũ vtrũ in xp̄o fuit ꝯrietas voluntatũ.
¶ Ad primũ dubiũ dicere debem9 ꝙ xp̄s ex
volũtate paſſionē ſuſtinuit. Hoc vtiq3 ꝓba-
mus abunde. d2 enī ꝑ Eſaiā. liij. c. Oblatus
eſt q2 ip̄e voluit. Et Damaſcen9 inq̄t. Nihil
coactũ in xp̄o ſed oīa volũtaria. volēs eſuri-
uit volens ſitiuit volēs mortuus eſt. Inſuꝑ
paſſio xp̄i fuit bona et meritoria ergo volũta-
ria. Vn̄ Aug9. li. i. cōfeſſionũ ait. Nemo in-
uitus bn̄ agit etiā ſi bonũ eſt qδ agit. Et hec
ſn̄ia cōfirmat̄. xx. q. iij. c. pn̄s clericus. Nul-
lũ bonũ niſi voluntariũ. Et. xv. q. i. c. nō eſt.
Voluntariũ ſibi militē elegit xp̄s. Quare et
ip̄e volũtarie paſſus eſt. Dicit nāq3 Alex. de
ales in. iij. volumine ſumme ſequendo Da-
maſcenũ Hilariũ et Hugo. in li. de ſacramē-
tis. Qꝫ aliter fuit potētia patiendi in xp̄o q̄ʒ
ſit in nobis in ſtatu miſerie et in adā in ſtatu
innocentie. Nā in ſtatu innocentie fuit po-
tentia patiēdi ſine neceſſitate z ſine volũtate.
quare Adā impaſſibilis erat ex ꝟtute diuine

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-521/0094
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG